

Ann. VI.

Num. XXII.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;  
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem  
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF. Apud "KRONIKĄ RODZINNĄ". Apud BURNS AND OATES.  
VARSIAVIAE POLONORUM. Krakowskie Przedmiescie, 15.

IN ANGLIA

VARSIAVIAE POLONORUM. Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS  
AMERICAE SEPTENTR.

LONDON W. 28. Orchard Street.

Apud FRIDERICUM PUSTET.  
S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

NEW YORK. 52, Barclay Street. 436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FEIDERICUM PUSTET.  
S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

CINCINNATI. RATTISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES.  
MONTREAL. 1699, Rue Notre-Dame

RERUM INDEX

INTIMUM « VOCIS URBIS » GAUDIUM . . . . .	v. u.
DE POËSIS ORIGINE . . . . .	Th. Vignas.
VICTORII ALFERII CENTENARIA COMMEMORATIO . . . . .	H. D. V. Pieralice.
HORAE SUBSECIVAE. In Sanetam virginem Rosalam, Panormi patronam, festa popularia . . . . .	Vitus Lo Duca.
SYNESII EPISTOLAE . . . . ,	I. Lemette.
DE PETRO VANNUCIO QUI VULGO DICITUR <i>IL PERUGINO</i> . . . . .	G. P.
EX ARGENTINA REPUBLICA . . . . .	E. Torrents.
SATURIO. Comoedia latinis versibus conscripta et in tres actus distributa . . . . .	I. B. Francesia.
DIARIUM VATICANUM . . . . .	Actuarius.
ANNALES . . . . .	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS . . . . .	Scriba.
AENIGMATA . . . . .	I. Rainer.
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PIÙ PAPAE X ALLOCUTIO HABITA IN CONSISTORIO DIE IX NOVEMBRIS ANNO MDCCCCIII.	

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCCIII

## SOCIETAS LATIALIS EDITRIX

(ROMAE, Via Tomacelli, 15),

tria volumina vulgavit novissimae collectionis, quam inscripsit:

## EXCELLENTISSIMI POETAE IUVENIBUS EXPOSITI.

Quae quidem volumina — ILIAS — ODYSSEA — AENEIS veneunt singillatim lib. 2; (pro commentarii Minerva sociis, lib. 1,50).

Satis est probatum rationem optimam litterarum opus explanandi — sive poema sit, sive drama —, viam facillimam ut eius artificium plane intellegatur, in narratione positam; ab eo vero factam, qui plane, ex omnibus partibus universaque puleritudine opus idem perceptum, totum referat. Ita narrator praeclarorum opus exponens, una commentatur, illustrat; invenis autem qui legit — neque iuvenis solum! — operis formam omnino claram ac definitam sibi fingit, atque aptissimum apparatus ad archetypum deinde gustandum. Quamquam *quot* ii sunt qui primigenia possint delibare?... Non est igitur dubium quin iuvenes pariter et culti viri ex his narrationibus oblectamentum simul atque utilitatem percepturi sint, prouti apud Anglos factum iam vidimus de narrationibus ex Shakespeare, quas Carolus Lamb concinnavit. Adde volumina nostra omnia — partem propriam « Bibliothecae Commentarii Minerva » constituentia — pluribus, iisque pulcherrimis figuris esse ditata; quin imo *Aeneidem* celeberrimis Pinelli artificis immaginibus exornari.

Eadem Societas Latialis Editrix nuperrime veno posuit

## CHARTULAS DIRIBITORIAS VERILGIANAS

ad amussim reddentes tabulas quas Pinellius, ineunte saeculo XIX, ad *Aeneidem* illustrandam descripsit.

Chartulae hae, praeter quod artis specimen exquisitissimum constituant, mirabile eruditis viris, discipulis, praeceptoribus offerunt subsidium, ut magni poematis praecipua in mentem revocent magisque adfigant.

Series quinquaginta et unius chartularum, quas elegans theca apposite fabrefacta custodit, venit lib. 3; chartula quaeque lib. 0,10.

Cuneta requirantur a

## SOCIETATE LATIALI EDITRICE

(Romae, Via Tomacelli, 15).

## SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis sit; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

In Italia  
Lib. 15, M

INTIMUM "V

L AETI anim  
rimur ac  
Urbis comm  
socios et lect  
ob Petrum A  
diebus a Sum  
stites suae do

Num viri  
qua inter cl  
scriptores om  
laudibus prosc  
recundiam, vit  
rumoribus on  
bimus?

Verbis anim  
demus; a quo  
si, ipso ignaro  
sante, meritum  
limus, ac, filior  
dulcissimo pu  
sime gratulam



DE POË

O MNII fere po  
quorum rati  
riceae scientiae es  
commentis inumb  
verum a falso sece  
a nobis temporum  
gressus studio oper  
iae, exempli gra  
apparitione, quam  
Christum natum a  
usque saeculum, i  
scripta fuere, in  
continetur; nec al  
ria dixeris. Proct  
non est certam af

(1) Ex opere cui titul  
— Pars altera —, quod

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra italicam:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

## INTIMUM "VOCIS URBIS", GAUDIUM.

**L**AETI animi, quo sincera fide effe-  
rimur ac gestimus quotquot *Vox Urbis* commentario operam damus,  
socios et lectores participes volumus  
ob **Petrum Angelinum** nostrum his  
diebus a Summo Pontifice inter anti-  
stites suae domus adlectum.

Num viri in litteris praestantiam,  
qua inter clarissimos latini eloquii  
scriptores omnium suffragio excellit,  
laudibus prosequemur? Num eius ve-  
recundiam, vitam pientissimam, a vulgi  
rum omnino semotam enuntia-  
bimus?

Verbis animum candidissimum lae-  
demus; a quo tamen veniam petimus,  
si, ipso ignaro et proculdubio adver-  
sante, meritum ab eo honorem protu-  
limus, ac, filiorum dilectione, magistro  
dulcissimo publice atque vehementis-  
sime gratulamur.

v. II.



## DE POËSIS ORIGINE.<sup>(1)</sup>

**O**MNIUM fere populorum mores et res gestae,  
quorum rationem et notitiam praehistoricæ scientiae est perscrutari, sic mythologiae  
commentis inumbrantur, ut difficillimum sit  
verum a falso secertere, cum disiunctorum adeo  
a nobis temporum et religiosi et litterarii pro-  
gressus studio operam navare intendimus. Grae-  
ciae, exempli gratia, historia a Pelasgorum  
apparitione, quam duodecimesimo saeculo ante  
Christum natum accidisse ferunt, ad decimum  
usque saeculum, in quo heroica poëmata con-  
scripta fuere, in traditione mythis involuta  
continetur; nec aliter de populi Romani historie  
dixeris. Proculdubio huiusmodi historiae  
non est certam afferre eorum cognitionem, de

(1) Ex opere cuius titulus: *Elementa artis metricæ latineæ*.  
— Pars altera —, quod proxime prodibit.

quibus agit; nimium enim retrusa sunt et  
obscureta; aliquid tamen revelat, quod priscarum  
gentium acta quasi divinare permittit, atque  
nos ad aliquantulum earum notitiam conducit.

Marcus Tullius in primo *De inventione rhetorica* libro seribit homines errasse quandam  
silvis belluarum more, harumque vita fungentes,  
nec rationem bonis ingenuisque artibus, nec  
labore corpus exercuisse. Hoc ab statu quidam,  
nunc temporis ignotus, homines abducere quam  
maxime cupiens, et humanae naturae, et qua-  
litatum, quae eamdem ornant perficiuntque, si  
colatur, in studium incubuit, ut abiectis silve-  
stribus moribus indigno victu, progressu hu-  
manae creaturae proprio consuleretur. Ita ad  
sibi propositum devenit finem, ut qui antea feri  
inhumanique vivebant, mansueti nobilesque ef-  
ficierentur, atque sibimetipsi gratulari posset,  
quoniam eo deuentum esset, ut aequum censem-  
seretur

*Publica priatis secernere, sacra profanis.  
Concubitu prohibere rago, dare iura maritis,  
Oppida moliri, leges incidere ligno* (1).

Quanti haec philosophi ethnici opinio pendi-  
debeat, et ad propositum nostrum quosnam intra  
fines constitui, non opus est manifestare; omnes  
enim vel mediocriter in humani generis hi-  
storia, praesertim quae in Saeris Litteris con-  
tinetur, versati probe norunt, quare in pae-  
fatam morum turpitudinem homines fuerint  
prolapsi, et quoniam pacto fuerint proinde ab  
huiusmodi miserrimo statu divinitus abducti.

Hinc eloquentiam originem ducere Tullius  
affirmat. Nam quo modo, et qua ratione illos  
non minus antiquos quam nequam mores era-  
dicare ac deponere quirent homines, atque ad  
boni rectique cultum, ad excellentiorem vitae  
normam adduci, ni vividior loquendi gratia,  
praestantiorque disserendi dexteritas adessent,  
queis adlecti illi pariterque moti rite frugique  
vitam degere cogerentur? Ad rem Natalis Co-  
mes in *Mythol.*, lib. I, cap. 2, seribit: « Cum  
enim turbæ feminarum et imperitae multitudi-  
ni religio, et Deorum metus, et fides, et pro-  
bitas, et temperantia esset in animis inserenda,  
qui neque Dei naturam intelligerent, neque in-  
tegritatem rapinae ac libidini sine aliquo Deo-  
rum metu anteponerent; non solum fabulosae  
de Diis narrationes a sapientibus fuerunt exco-  
gitatae, sed etiam fabulosae imagines et pi-  
cturæ monstrosæ prope similes introductæ. Sic  
fulmina Iovi tributa sunt, tridens Neptuno,  
sagittæ Cupidini, fax Vulcano, ac varia ter-  
rorum instrumenta Diis ceteris ». At vero poësis  
homini ab ipsa natura concessa est, iuxta Ari-  
stotelis sententiam; illa sensus sacro aestu cor-

(1) Hor., Epist. ad Pisones.

agitantes exprimuntur; illa itidem omnes po-  
puli usi sunt ad Divinitati cultum exhibendum  
eique monstrandum omnimodam devotionem.  
Eleganter cecinit Tibullus:

*Agricola adsiduo primum lassatus aratro,  
Cantavit certo rustica verba pede.  
Et satur arenæ primum est modulatus avena  
Carmen, ut ornatos ducere ante Deos.  
Agricola et minio suffusus, Bacche, rubenti,  
Primus inexcpta duxit ab arte choros* (1).

Poësim ideore illi morum magistri minime  
tum neglexerunt, cum illorum amore, quae ho-  
minem urbanum comemque reddunt, humanam  
naturam accendere et illustrare conarentur.  
Apposite ergo dixit Plutarchus poëticam omnis  
disciplinæ fuisse initium. « Quin et ipsa,  
— seribit Paulinus Chelucci, Schol. Piar., — ipsa  
quidem multo prius, quam eloquentia potuit  
agrestes et immites hominum animos mulcere  
cantu, et ad pulchritudinem virtutis allucere.  
Ipsa prior apud illos de immortalis Deorum  
natura disserere, eorum laudes canere, et sacra  
facere instituit, unde poëtae primi et theologi  
et sacerdotes vocati sunt ».

Eloquentia, de qua Cicero, haud par huic  
erat, quae postea insignem in litteraria repu-  
blica obtinuit principatum, et cuius gratia bene  
meriti fuere de civibus et litteris non pauci  
oratores, Graeciae Latique decus; sed initialis  
rudisque, qualis viros deceat, quibus datum fun-  
damina alieuius artis vel scientiae moliri:  
« nihil est simul et inventum et perfectum »  
idem Tullius septe asseruit. Huiusmodi elo-  
quentia in melius de die in diem sucerescens  
ad « methodum » redacta fuit a rhetorices in-  
ventoribus, Tisia et Corace, Sieulis, et a Gor-  
gia Leontino, Empedoclis, prout traditur,  
discipulo, viro sapientia et eruditione praestan-  
tissimo, qui, ut ait Cicero, centum et septem  
complevit annos, neque umquam in suo studio  
atque opere cessavit; magnam insuper ad rem  
amplificandam opem conferente Thrasymaco, qui  
princeps dicitur inveniendi aptam verborum et  
numerosas conclusionem. Ut eloquentiae, poësis  
exordia rustica fuerunt et imbellia, circa formam  
praesertim, quae ab eloquentiae forma  
non discernebatur; quin et unum esse poësim  
et eloquentiam indubius firmavero, donec, la-  
bente temporum cursu, poëticam disciplinam  
profientes rythmicam et doctam reddidere.  
« Cum igitur fortuito saepè ut sit, aliquid con-  
cluse aptoque initio diceretur, animos hominum  
auresque pellebat, ut intelligi posset id, quod  
casus effudisset, cecidisse iucunde; tunc nota-  
tum genus est. Notatio autem et animadversio  
peperit artem » (2).

(1) Eleg. I, lib. II.

(2) Sic ex Quintiliano CYPRIANUS SOARIUS, S. I. *De Arte Rhetor.*, lib. III, cap. 30.

Aliam vero opus est poësis originem, prima quidem puriorem, indicare; illius nempe poësis, qua viri Dei usi sunt ad divinae scientiae semina inserenda sanetamque iustitiam. Hi sunt nobis iure merito ante omnes et super omnes laudandi, qui « dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute, et prudentia sua prædicti, nunciantes in prophetis dignitatem prophetarum, et imperantes in praesenti populo, et virtute prudentiae populis sanctissima verba, in peritia sua requirentes modos musicos, et narrantes carmina scripturarum, homines divites in virtute, pulehritudinis studium habentes » (1), primi dicuntur « poëseos conditores, oratoria facultatis principes ». Et quandoquidem afflantis Numinis gratia factum est, ut quidquid sanctorum virorum cecinerunt ora, perlegendum exstet, personandum, degustandum; vel brevi temporis intervallo suavissimae voluptati indulgeamus. « Moysis historiae, – ait Maurus Riccius, – gravissima maiestate procedunt, in quibus interdum aut vehementes, aut temperatae orationes interpositae, quasi eae conciones, quarum habitus est Polybius inventor, omnem eloquentiae artem exsuperant. Contra vero fervet immensusque ruit ore profundo, cum finem humanae servitutis vaticinatur, ita ut stili sublimitate nullus sit ei ne optimorum quidem poëtarum omnino comparandus ». Eequid de prophetis? Verissime me dieturum reor, si robustam perfectamque natam esse firmaverim horum Dei servorum eloquentiam, robustam perfectamque poësim, utpote qui illo agitante caluerant divino Numine, quod aperit os mutorum, et linguas infantium facit disertas, ut bona salutis verba populis eructent, illudque in medio terrae fundent pacis compositae regnum, a Tullio inter superstitionis ethnicae tenebras coniectatum et rotundo, fabulis licet implicito, sermone prædicatum. « Et David, – sunt sancti Hieronymi verba ad Paulinum, – Simonides noster, Pindarus, et Alcaeus, Flaeceus quoque, Catullus, atque Serenus, Christum lyra personat, et in decachordo psalterio, ab inferis excitat resurgentem. Salomon pacieus et amabilis Domini, mores corrigit, naturam docet, Ecclesiam iungit et Christum, sanetarumque nuptiarum dulce canit epithalamium ». Et sic porro de ceteris divino spiritu afflatis scriptoribus prædicaveris, quis sacrae illustrantur Litterae, Religionis fundamentalis codex, fons inspirationis indeficiens. « Hinc, – prosequitur noster Riccius, – hinc Indica illa antiquissima poëmata, hinc dein, exultis ingeniis, prodiere Graecorum opera, hinc Platonis dialogi, hinc Pindari odae, Demosthenis orationes, et ne longius enumerando immoremur, quotquot restant adhuc veteris sapientiae monumenta » (2).

Nee illi profecto vates laudum præconis privandi sunt, qui, etsi illam vitae rationem, quae magis voluptatibus faveret, quam quae doctrinae, sequi mallent, ut recte advertit Barthelmius, et causis physicis graviorem, quam « moralibus » in litterarum progressum actionem concederent, orbem tamen, quantus est, fama replerunt sibi parta, per amplam monstrantes viam, et ad philosophiae cathe-

dram, et ad poësis cacumen, disciplinarum dogmata, metrorum varietatem, sonorumque miram dulcedinem congerentes, quae omnia studiosis quibusque ingenii, Minervae Apollinisque recessus frequentaturis, offerrent.

THOMAS VIGNAS S. P.

## VICTORII ALFERII

CENTENARIA COMMEMORATIO.

**D**E Victorio Alferio scribens inter centenaria sollemnia, quae de eo sive Astae in patria, sive Augustae Taurinorum, sive denique Florentiae, ubi eius ossa diem resurrectionis exspectant, non miror viro accidisse, quae summis solent dum vivunt contingere, scilicet in partes et figuris raptari varias velint nolint, ament aut perhorrescant, prout mens varia caelatorum et dolantium feratur. Hi quippe imaginibus eorum baculos, umbellas, mucinias, fistulas, thecasque ad tabagum, psittaciaque exornant; illi aurea conflant numismata eorum pro pectore suspendenda aureis, argenteisve catellis; hi sexcenta feminarum ornamenta vulturibus notis decorant; illi cauponas, obsonia, vina, odores, novasque pileolorum, galerorum, indumentorum formas nominibus celebratis illustrant. Eequid? Si externus, quam longissime divisus a nobis marium traetu traetisque terrarum, nostrarumque ignarus rudisque rerum, repente adventans illa viseret scripta, vel celebrata voce auseultaret, non immerito crederet virum illum, cuius pererebrescit nomen, fuisse coquum, fuisse aurificeum, fuisse capponem, barbitonrem, et nescio quot ex reliquis artibus exercuisse. Nec id aetati nostrae vitio vertam: antiquus mos iste fuit; seimus enim, Ovidii tempore, Romae nullam fuisse matronam, quae Sulmonensis poetae aut annulo commendatam, aut gemmatae zonae, aut aureis inseptam fibulis non circumferret, et ambitiosa non ostentaret imaginem. Quae quidem si fines intra suos singula starent, neque latius ab iis, quae supra demonstravimus, evagari paterentur, in pace ferrem; sed eum sit qui indolem viri, quisque prout libet, suam trahat in partem funibus et catenis, nonnulla amplificans et exaggerans, nonnulla maligno silentio sepeliendo praeteriens, prout studio propriae partis movetur, hominem ostendit non qualis est, sed quale vult, pietoremque Horatianum belle imitatur, qui iussus conficeret naufragii imaginem, Nemorensis Dianaem lueum, aram, lacum, eupressum coloribus exprimit (1).

Neque aliena referto, neque remota, neque, et dicam, ignota. Qui enim, ex. gr., Dantis Alighieri indolem ex diversis, qui de illo nunc scripti sunt, libris voluerit eruere, incertus haerebit et anceps, rapieturque in oppositas e diametro sententias sexcentas.

Alferio nostro idem ferme configisset, nisi, prudens futuri temporis, suas propria manu exposuisset vicees, suam indolem, mores, odia, cupiditates, amores, delicias. Equis autem crederet in fero illo homine, si stylum inspexeris,

fuisse delicias? Ac tamen fuere et suaves; ipso utor auctore, qui se probe norat, et ad fidem semet exponit, fortasse nimis aperte. Abdicatis igitur tamquam fabulis, et spretis ac repudiatis commentis omnibus, quae cum scripta ab eodem vita vel non convenient, vel in contrarium aguntur, hoe unum de Victorio sentendum credo, fuisse in animo eius exelsam indolem, quam iuvenilium annorum fervor alio diverterat; studia impatienti ingenio et acerimo non accommodata, neque ad modum eredita exasperaverant; fluxi mores mollesque fecerant indignantem præsentium, at non desprantem futuri. Pertaedens eorum, quae in proximo et ad manus habebat, benemoratam et liberam effeminatis moribus civitatem reperturn se arbitratus, per omnem Europam, quanta est, indefatigabilis, et subtilis observator, morae impos et impatiens ferebatur. Equis agebat? Nihil, praeter suam indolem publicis foetam virtutibus, quas in historiis repererat, usquam inveniebat; proindeque, quasi exhorrens cadavera, sine requie ibat, et ibat. Virtus interea noctu, interdiu latrabat in pectore; memoria viros illos egregios, quorum factis legens haerebat otiosus, ut vel ipse eredebat, reducebat ante oculos, quorum adspectu et casibus nec in somno carebat; tempora illa glorioissima e sepulchris et pulvere rursum excitare cupiebat....

Satis animi habebat, quantum saltem tanto magisterio par esset; at quis audiret? quis non crederet stultum, sapiens enim stultus videtur in habitatione dementium? Quis non irridet..., et iure irridet, studiorum deficiente, verba non sequentia mentem?... Proh! magistrum discipulis ridiculum! Ergone contiseret, et ita lymphatus tota vita aestuaret, ut denique rabie disrumpetur? Esset ergo solo inutile pondus, quasi plebeius homo, qui patricius genere? Haecne sibi tam præclara videnti, tanta fortitudine et constantia animi prædicto, a tam sublimi fastigio foeda, turpia, iniqua sui saeculi contemplanti?

At res a fundamentis instauranda erant; studia resumenda ab exordio; provehenda ad apicem... Immensum onus, exosum iuvenilibus diebus munus, corpori ingratum, et morsibus aequalium, si in via deficeret, appetendum. Atqui sentiebat quid posset, vis animo inerat, voluntas flagrabat. Potuit velle; voluit posse; confecit.

Tenetur, proprio iussu, sedili vineulis alligatus ne a studio fugiat; abraditur dimidium comae; una tantum ex parte vultus barba tondetur ne palam exeat; aut studiis exeillere, aut mori. Excelluit, neque mortuus est, et fato communi quamvis cesserit, vivit adhuc, et vivet haeres magni nominis, et princeps in tragicis vates. Huius enim ope, postquam, fato nescio quo, in illo Latinarum rerum naufragio, quo tragediae Latinae omnes obrutae sunt, quibus, Horatio teste, Graecis cum ipsis felicissime de principatu certabamus (1), Italiae honos amplissimus restitutus est, et nulli civitati secundus, plurimis præstare videtur. Hoc Alferii opus, qui sibi ad rem, prouti Torquatus pro epicis et Vergilius, novam carminis rationem, sonumque, modulamenque comparavit, effinxit,

(1) HORAT., *De Arte Poetica*, v. 20 et seqq.

(1) HORAT., *De Arte Poetica*, v. 285.

ut versus aptibus ipse gente populos proptidem esse regem memoratum animum cuius tientem; partesi tyrannide populo stent a modo, quo vive nequitiae, loqui

Tragicum A sed natura pra ipse sibi fuit eximia eius la canda recte ce

HOR

In Sanct Panormi p

O felix una ant Lauricomas int Consita, quae va Felix, quae iact Numinis atque a Et passim rario At nostris oculis Edita namque t Quae regum fug Inlyta despicien Atque itu pro C Caelestes meruit O Rosalia, vale, Te virgo memini Cum redeunt, no Et relevant taciti

At quisnam numer Dicere, pulcra ocul Cum, Rosalia, tibi Tunc vario exsulta Tristitiae, laetos I Ecce autem prim Ad mare turba fr Nautica, commiss Aspice prævalidi Laeti illi iuvenes, Corda parvus puls Tempus adest, si Haud mora reliv Huc illuc agitant Adnixi torquent Tum plausu frem Eretaeus resonat Exsilit ante alias Turbam inter vic Continuere anima Cum nova succed Festivi en lycri p Purpureos late p Quales saepe sole Quod magis est n Prodit ab electro, Nox superare die Mille repente fac Interea totam me Ingens fit strepiti Ad pelagi ripas Z Admiranda oculis Cernite per tabul

vere et suaves; ipso  
norat, et ad fidem  
s aperte. Abdicatis  
pretis ac repudiatis  
um scripta ab eo  
nt, vel in contra-  
e Victorio sentien-  
eius exelsum in-  
morum fervor alio  
ingenio et acer-  
ne ad modum ere-  
nores mollesque fe-  
num, at non despe-  
rum, quae in pro-  
, benemoratam et  
civitatem reper-  
mnen Europam,  
et subtilis obser-  
patiens ferebatur.

ut versus aptus esset atrocissimis casibus, qui-  
bus ipse gentes moneret: iustitia gentes extollit,  
populos propter seclera in adversa delabi,  
idem esse regibus et gentibus fatum. Atque hic  
memoratum volo et notandum Victorio fuisse  
animum eiusvis iniuriae et maleficii impa-  
tientem; partem nullam. Odit reges, optimates,  
si tyrannide utantur; amat sacerdotes si pro  
populo stent adversus potentes; eodem prorsus  
modo, quo vivens domi, extra, insolens cuiusvis  
nequitiae, loquebatur.

Tragicum Alferii opus non arte quaesitum,  
sed natura praelucente conflatum appetit, cuius  
ipse sibi fuit magister et dominus; ideoque  
eximia eius laus cum nullo homine communica-  
canda recte censemur.

H. DE VECCHI PIERALICE.

### HORAE SUBSECIVAE.

In Sanctam virginem Rosaliam,  
Panormi patronam, festa popularia.

*O felix una ante alias urbs alma Panormi,  
Lauricomas inter sylvas citriosque nitentes  
Consita, quae ratem inspiras et carmina dictas;  
Felix, quae iactas artis monumenta vetustae,  
Numinis atque aedes piae maiestate verendas,  
Et passim vario decorata palatia luxu!  
At nostris oculis sane felicior ora,  
Edita namque tuis est cautibus alma puella,  
Quae regum fugiens sublimia limina, et aurum  
Inclita despiciens nigro se condidit antro,  
Atque ita pro Christo non fluxo ardore perurens,  
Caeclestes meruit Superum descendere sedes.  
O Rosalia, vale, Siculae laus maxima gentis,  
Te virgo meminisse iuvat, tua festa quotannis  
Cum redeunt, nobis suadent virtutis amorem,  
Et relevant tacitis exercita pectora curis.*

*At quisnam numeris, quisnam aequo carmine possit,  
Dicere, pulcra oculis quam pareat alma Panormus  
Cum, Rosalia, tibi recolit solemnia festa?  
Tunc vario exsultat motu urbs, tunc nube repulsa,  
Tristitia, laetus hilarant nova gaudia cives.  
Ecce autem primo sub respice confudit omnis  
Ad mare turba frequens, relata ubi fronde iuventus  
Nautica, commissos expectat ponere ludos.  
Aspice praevalidis intendunt brachia remis  
Laeti illi iuvenes, et iam ferventia tentat  
Corda paror pulsans et spes agit inclita laudis.  
Tempus adest, signum certaminis aera dedere;  
Haud mora reliolas cymbas tenuesque phaselos  
Huc illuc agitant pelago, et velocius Euro,  
Admixi torquent spumas et cerula verrunt.  
Tum plausu fremituque virum studiisque faventum  
Erectae resonat vertex ei littus amoenum.  
Exsilit ante alios et fert sua praemia palmae  
Turbam inter rictor tanta iam laude superbus.  
Continuere animos vix haec spectacula visu,  
Cum nova succedunt oculis gratissima nostris.  
Festivi en lycri pendentes moenibus urbis  
Purpureos late pingunt roseosque colores,  
Quales saepe solent caelesti pingier axe.  
Quod magis est mirum rutilo vis ignea lucis  
Prodit ab electro, et flammis radiata coruscis  
Nox superare diem visa est, populoque stupente  
Mille repente faces medio de gurgite surgunt.*

*Interea totam media sub nocte per urbem  
Ingens fit strepitus: vos huc accurrите cives,  
Ad pelagi ripas Zephirorum ubi lenibus auris,  
Admiranda oculis incendia laeta parantur.  
Cernite per tabulas impune ut Mulciber erret,*

*Ut pulcros variis effingat nexibus orbes;  
Aera per volat, nunc huc, nunc prosilit illuc,  
Diversas semper referens in imagine formas.  
Cernite flammarum longos albescere tractus  
Nubibus effractis; tonat aether, depluit imber  
Torridus, atque alto tandem se gurgite condit.  
Haec, Rosalia, tibi spectacula laeta quotannis  
Instaurant cives; ludis plausuque frementes,  
Vicini exsultant colles, numerisque canoris  
Hic curarum expers inter praedulcia villa  
Otia, promeritos mea Musa adiungit honores.*

Cephaludii scripsit

VITUS LO DUCA.

### SYNESII EPISTOLAE.

**Q**UONIAM de Synesii vita egimus, (1) de eius  
operibus, ut sumus polliciti, sermonem in-  
stituemus. Quae quidem, quia diversi sunt ge-  
neris, simul in disquisitione poni nequeant.  
Eorum enim quasi quatuor genera distinguere  
possimus, quorum primum epistolas continet,  
alterum hymnos, tertium opera philosophica,  
quartum denique oratoria. De quibus, si ita lu-  
bet, singillatim dicemus; ac primum de epi-  
stolis.

Synesianas epistolas, quae ad nos usque per-  
venerunt numero CLVII (aut iuxta Petavianam  
editionem CLVI) inter omnia huius viri opera  
primum locum habere ex eo praesertim constat  
quod apud veteres maxime omnium tritiae fue-  
rint manibus. Cadentibus enim litteris Graecis,  
apud Pentapolitanos praesertim et Aegyptios,  
factum est ut qui homericae platonicaeque lin-  
guae adhuc essent studiosi illas avide arripen-  
tent, veluti dulces quasdam epulas. atque per  
manus tradenter suorum amicorum. Hinc equi-  
dem, utpote quae a librariis multis exscriberen-  
tur, mendis sunt atque erroribus refertae,  
(quod utique iis qui nostra aetate opera Synesi-  
ei edenda curarunt magnum laborem attulit);  
id vero in viri laudem cedit, quod aperte de-  
monstrat quantae is apud suos fuerit existima-  
tionis.

Quod cum non ignoraret Synesius, illud fortasse  
causa fuit cur scribendis in epistolis ea  
nonnumquam usus sit ratione, quae minus epi-  
stolare genus decet. Enimvero non semper illam  
qua maxime delectant epistolae familiares na-  
tivam suavitatem iucundamque libertatem adhibe-  
bit, sed ad ostentationem potius atque gloriam  
scribere videtur (2). Quippe sciebat vir se a  
multis et lectum iri et examinatum, atque ver-  
bum timebat usurpare quod oculos auresque rhe-  
torum offendere, quos suo tempore auctoritate  
in litteris valere arbitrabatur. Cuius quidem  
timoris indicium habemus in quadam eius epi-  
stola (CI), ubi ad amicum quemdam, Marcianum  
nomine, se recta scribere non audere dicit, « ne,  
— ipsa sunt Synesii verba —, varia eruditione  
refertis hominibus ratio reddenda mihi esset,  
qui voculas omnes ad vivum resecant. Non  
parum enim periculi est, ne in totius Graeciae  
conventu epistola legatur ». Totius Graeciae con-  
ventum appellat huius Marciani domum, in  
quam, Constantinopoli, rhetores huius temporis

(1) Cf. num. XIX.

(2) Ipse Synesius ab amico quodam postulat epistolas non  
qua amicitiam pae se ferant, sed ostentationi illi sint et  
gloriae. (Epist. XXIII, edit. Migne, vol. 66, Patr. Graecae).

et sophistae conveniebant, quorum iudicium  
maxime reformidabat. Quod utinam sprevisset!  
Nam quae eorum auctoritas est et doctrina, qui  
voculis ad vivum resecandis intendunt? Illos  
potius leguleios syllabarum aucipes dixeris,  
quam bene dicendi magistros et doctores. At-  
que talis erat horum temporum inodes, non ut  
grave illam succoque plenam sectarentur elo-  
quentiam, sed inanem quamdam ac puerilem  
ad iocos maxime, aut ad voluptatem factam.  
Eloquentia videlicet a philosophia succum om-  
nem dicit, vera autem philosophia Synesii ae-  
tate Christo se adiunxerat. Animos illa Chry-  
sostomo dabat et immortalitatem; ceteri lan-  
guere, nostraque memoria iacent oblivione pene  
sepulti. — Sed hac de re infra recurret oratio  
cum de Synesio philosopho agemus.

Quamquam hoc vitium synesianis in epistolis  
passim deprehendere est, tamen non ideo parvi  
facienda sunt. Iure enim et a veteribus ma-  
gni aestimatae fuerunt, et ab nostrorum tem-  
porum viris eruditis summo pretio habentur.  
De his enim haec Photius in sua *Bibliotheca*:  
« Lectae sunt Synesii epistolae diversae, venu-  
state ac duleidine fluentes, non sine senten-  
tiarum pondere et gravitate ». Evagrius autem  
Scholasticus, dicit eas esse « eleganter erudi-  
teque scriptas » (1). Uno verbo, cum Thoma  
Neogeorgo, qui an. MDLVI Basileae volumen  
epistolarum synesianarum edidit, has censemus  
esse « lectu dignissimas ».

Nam, praeterquam quod multa continent le-  
pide faceteque narrata, plurimaque in iis occi-  
currunt quae Synesii vitam eiusque egregiam  
indolem illustrant, id, meo iudicio, praecipuum  
habent, quod illorum temporum historiam mo-  
resque prodant. Sunt enim ultima ac prope  
sola coruentium rerum Lybicularum monumenta,  
atque velut extremus spiritus provinciae mo-  
rientis et in barbariem mox immergendae.


Ex his videlicet discis quanta fuerit militum  
et licentia et ignavia, qui a civibus alieni  
atque defendendi erant nedum cives defenden-  
t (2).

Tota provincia militibus in praedam traditur  
et exactoribus. Hostes eam occupant, populans  
turque agros; nihil curant qui rei praesunt  
publicae. Illos enim reicere ut valeant cives,  
non ab Imperatore petunt opes immensas aut  
exercitus amplissimos; rem CC Unnigardae con-  
fident, milites enim sunt fortissimi, qui cum  
pauciores essent numero, quadraginta videlicet,  
bis terve cum hostibus amplius mille dimica-  
runt maximisque et insignes reportarunt victo-  
rias. Postulat Synesius (3) ut ad illos qua-  
draginta, C et LX adiificantur. Neque tamen id  
auxiliu consequi potest. — Salutem omnium  
tueretur praefectus, qui prudentiae virtutem  
coniungeret. Quam vero ut plurimum improbi  
fuerint, quos ad lybicas oras mittebat impe-  
rator, ex epistolis synesianis habes, homines

(1) Hic adnotare iuvat quid de Synesio censuerit THEODORUS METOCIRRA, vir inter Graecos saec. xiv eruditissimus:  
« Ipse Synesius, vir ob multiplicem sapientiam atque ob ver-  
satile et per omne doctrinæ genus discurrens ingenium ad-  
mirabilis, mentis linguaeque volubilitate ac celeritate quam  
qui maxime praeedit, spontaneaque veluti elocutione fluens:  
is, inquam, in omnibus scriptis suis syntaxim severam se-  
quitur, et pleraque abstrusa et aurum consuetudini parum  
conformia loquitur ». (*Fragmentum Metochitae in Migne, Patr. Graecæ, vol. 73*). Docet ibi auctor eos, qui in Aegypto  
instituti fuerint, asperiore orationis genere usos esse.

(2) Epist., CXXV.

(3) Epist., LXXXVIII.



Petri Vannucci tabula Christum referens cruci fixum.

videlicet exiguo pretio venales, famae atque existimationis contemptores, belliae rei rudes, atque in pace importuni. Cuiusmodi erat Cerealius (1), eui non longo tempore a suscepta praefectura opus fuit ut everteret perturbaretque omnia. Iste quidem, cum cerneret provinciam in summa adductam discrimina, terram reliquit, se suaque omnia navi commisit, inque undis sua ignaviae tutum collocavit domicilium. Quinimo ne se ipsi sua opera cives tuerentur prohibebat; e mari namque litteras mittebat praeципientes ut intra muros se continerent, ne quis extra fossas exsiliret, neve cum invictis viris, barbaris scilicet, consereret manum (2). Legas velim epist. CXXVII, CX, etc.... (neque enim omnia hie exscribere licet) et videbis quomodo ipsis furibus sententia publica damnatis, ipsisque lenonibus, qui seortis prae fuerant, ad summa imperia aditus patuerit.

Equidem ego censeo synesianas epistolas his monumentis annumerandas esse, quibus clarius explicetur quomodo res romanae conciderint. Viluerant quippe imperia, extinctus erat militibus animi vigor, provinciae, longinquae praesertim, omni ope erant destituta, nec earum cura erat aut memoria, nisi quando quasi in praedam improbus praefectis vicepsim tradebantur. Atqui talis erat, illa aetate, romani imperii conditio, ut illud cadaveri iure assimilare posses, cuius membra unum alterumque subinde cadunt, interna potius tare dissoluta, quam violenta aliorum manu diserpta.

Haec sufficient quibus, quantum utilitatis et incunditatis illae epistolae tibi afferre possint, suscipieris. Hoc unum antequam rem absolvam lectorem monitum volo: epistolas in editionibus, quas prae manibus habemus, tumultuarie omnes nullaque temporum habita ratione esse congestas, neque euquam earum diem apponi aut annum quo scripta fuerit. Quo fit ut quam difficillimum sit definire quae a Synesio etiam gentili datae sint, quae vero a Synesio saeris iam initato. Equidem nonnullae ratione argumenti quod tractant produnt hominem christianum atque episcopum virili constantia agentem: quae certe admodum utiles sunt ecclesiasticarum rerum studiosis. Ceteras vero certo tempore multo nonnisi labore adiu-

dices. Quem tamen laborem suscepit, quantumque ego opinor, feliciter conclusit Gallus quidam scriptor (1); qui primus in vernaculum sermonem omnia Synesii opera convertit. Hie enim, postquam singulos epistolarum versus attente rimatus est, omniaque Synesii opera inter se contulit, sat probabiles invenit rationes, quibus ordinem temporum quo scriptae a Synesio sunt restitueret. Qua ex impensa huisemodi labori eura licet concludere tertiam tantum epistolarum synesianarum partem inter ecclesiasticorum Pastrum opera certo recenseri posse; propterea quod ceterae, probabilius ante annum CDX scriptae fuerint, quo tempore simul ac christianam doctrinam amplexus est Synesius, ad episcopi gradum est evectus. Ut enim demonstrandum suscipiemus, non prius Christianus Synesius fuit, quam Episcopus.

I. LEMETTE.

### DE PETRO VANNUCCIO QUI VULGO DICITUR IL PERUGINO (2).

VANNUCCI tantum nomen erat, ut undique ad eius seholam confluerent instituendi iuvenes, quotquot ad bonarum incrementum artium Europa tune temporis alebat; et Perusina urbs non septimontio tantum, sed vel Musarum laude eum Romana certare feliciter videbatur, eo vel maxime quia Petrus Romanus accersitus in Xystino sacello parietes artis sue miraculo decorabat. Sed aliquid sibi Vannuccius noster maturabat addere, quo adepto omnino artis apicem contingere videretur. Hinc quae a pictoribus Bonifiglio et Della Francesca condiscipulis suis apud Nicolaum Perusiae suscepit, quippe horum ultimus in architectonicis inveniendis frontibus ac distribuendis quodammodo principatum gerebat, perficere conatus est, et Florentiam demigravit, ubi, siqua fides Vasario, Andream a Verrocchio, doctorem habuit, quasi Cato novus, qui Graecas discere litteras non erubuerit, etsi seneseens.

(1) H. DRUX. — *Les œuvres de Synesius...* (Parisii ed. Hachette). Opus maxima cura exaratum, in Academia Parisiensis summa laude praemioque est donatum. Cutis ad calcem tabularum habes epistolarum iuxta temporum ordinem distributaram.

(2) Cfr. num. sup.

Quidquid fuerit, mirabilia visu apparent, quae architectonice in tabulis delineavit suis, in quibus harmonie et suavissimum intuenti animo est, quod veluti campum occupat, finemque pietrae facit. Atque hie notatum volo, quod elegantissime spatia tractusque camporum et collum cum diligentissimis architecturis misericordia, ita ut veluti triplici carmine distinearis admirans: non enim removere ab effigie potes obtutum, quominus in arva incident et haerent oculi suavitate quadam affecti; qui si divertere devii alio et vagi voluerint, deliciis architecturae, ne abeant, in tabulam revocantur. Ista quidem, sententia mea, pulcherrima habeantur necesse est: non enim de una ratione pictoria fit periculum, sed de triplici arte: aliud enim est effigiem pingere, aliud agros et montes, campostria, ut ita dicam in summa, aliud architecturæ lineas deducere.

Neminem vero fugiat hoc, quod mihi fit singularis; in illa enim tabula, quae portium deliciosissimam offert, et inter arcus tormenta Crucifixi morientis ostendit. Matrisque SS. Mariae ad gemiscentis, genuflexae, prestantis praebet effigiem, quidquid agrorum est ultra, moestum habet aliquid et moerens, solitudinem quamdam exhibet ac desolationem in ipsa camporum pace illa mirabili. Quae autem in Praesepio sunt, pacem habent, at animum recreant, erigunt, elevunt quasi in orientem diem, etsi, quae subiecta sunt oculis, media squallere hieme, media confici nocte cognoscantur. Tranquillitas est, quies est admirabilis; sed quanta est in ipsa quiete laetitia! Quae autem, quasi sculptorio opere perfecta, pilis geminis inscribuntur, quibus frontis trabes innititur, ornamenta praeferrunt eximia, digna non obtutu intento tantum, sed quae marmorarii artifices operibus iterent suis, nisi iam iis gestus sit mos in utroque marmoreo stipite pietae portae, quae videnda est in aula maxima Romani Palatii ad SS. Lau-

Virgo Mater Perusiae urbis custos.  
(Ex tabula PETRI VANNUCCII).

rentii et Damasci  
lia nuncupatu  
Aeres tamen  
super ceteros la  
stimulos invidi  
inde in hunc e  
nrum commun  
quisque per se,  
instinetu, (qui  
genio mos pess  
lues est), fecer  
adversus se ne  
etum voluisse. I  
tem bellum, q  
adversus ea qu  
chra sunt oculis  
nium iudicio ap  
perpetua sunt,  
niae angustum  
lorem et exiguum  
lumiis, erimini  
undique accersit  
leseere necessa  
Hinc omnia fan  
que infanda rel  
Petrum congesta  
in plebem vul  
sata, et germinar  
dies aucta. Petri  
monia in vietu  
vestibus, (in iis  
homo minime sup  
bat), aliquid sor  
admittere diec  
mox a sordida  
monia migratum  
avaritiam et alien  
piditatem effre  
quae nihil pensi  
ret; ulterius usq  
seclera progressum  
et haec horribili i  
tate insignis Petrus  
tabatur in urbe  
Tum probrosa cete  
coenosa circa bono  
res praedicabantur  
cebat in arte al  
crescere typis, imi  
ne potius, quam  
tione, fumosarum  
ginum, quibus nih  
meret praeter colo  
ferebatur denique  
redolens hircum,  
exosus et vitandu  
rudi, vel foedo, vel  
pi colloquio; si ta  
set, crimen; si loqu  
esest, seclusus. Et p  
dicere, sed veritati  
chaelangelus bona  
flabat in ignes, se  
rebat ligna, aptab  
iebat et flammas.  
hoe odium eo pro  
gendo indicio mun  
nus in Xystino sa  
coloribus voluit del  
ne quis postea re

lia visu apparent, lis delineavit suis, avissimum intuenti um occupat, finem hic notatum volo, metusque camporum sis architecturis minime distinearis vere ab effigie potes ncedant et haereant eti; qui si divertere dileiis architecturae, antur. Ista quidem, habeantur necesse one pictoria fit pene; aliud enim est os et montes, cam mma, aliud archi-

, quod mihi fit sin quae porticum de er arcus tormenta Matrisque SSinae precantis praebet est ultra, moestumitudinem quamdam cosa camporum pace in Praesepio sunt, recreant, erigunt, em, etsi, quae subllere hieme, media Tranquillitas est, quanta est in ipsa , quasi sculptorio inscribuntur, qui ornamenta praefetu intento tantum, es operibus iterent os in utroque mar quae videnda est latii ad SS. Lau-

rentii et Damasi, quod a Cancellaria Apostolica nuncupatur.

Aeres tamen fama Vannuccii, qua Florentiae super ceteros laudabilis ferebatur, aeres, inquam, stimulos invidiae aemulorum subiecit, atque inde in hunc et acre bellum indictum, nescio utrum communicatis consiliis hoc egerint, vel quisque per se, pessimo instinetu, (qui tamen genio mos pessimus et lues est), fecerit, quod adversus se nemo factum voluisse. Hoc autem bellum, quoniam adversus ea quae pulchra sunt oculis et omnium iudicio aperta et perpetua sunt, caluniae angustum praebet locum et exiguum, calumniis, eriminibusque undique accersitis coalesce necesse fuit. Hinc omnia fanda atque infanda relatu in Petrum congesta sunt, in plebem vulgusque sata, et germinantia in dies aucta. Petri parsimonia in vieti et in vestibus, (in iis enim homo minime superbiebat), aliquid sordidum admittere dicebatur: mox a sordida parsimonia migratum est in avaritiam et alieni cupiditatem effrenam, quae nihil pensi habebat; ulterius usque ad scelera progressum est, et hac horribili iniquitate insignis Petrus cantabatur in urbe tota. Tum probrosa cetera et coenosa circa bonos mores praedicabantur; dicebatur in arte alienis crescere typis, imitacione potius, quam creatione, fumosarum imaginum, quibus nihil demeret praeter colorem: ferebatur denique modo redolens hireum, modo exosus et vitandus vel rudi, vel foedo, vel turpi colloquio; si tacuisset, crimen; si loquutus esset, scelus. Et pudet dicere, sed veritati dandus est locus, ipse Michaelangelus Bonarroti non modo tales insufflabat in ignes, sed ipse, ipse in rogam ingrebat ligna, aptabat interdum struem, subiciebat et flamas. Qui denique in Vatinianum hoc odium eo processit, ut cum illi de pingendo iudicio mundi supremo datum esset munus in Xystino sacello, non modo superillitis coloribus voluit deletas Vannuccii picturas, sed ne quis postea revocaret, causam interserens

arcendi pulvris, omnino parietis frontem voluit malleo et scalpro divulsam, novamque aedificatam, aliquantulum a summo in ima incombentem, et inclinatam.

Reliquit ergo Vannuccius, fastidiosus iniquarum vocum, Florentiam, breviisque peragrans egregias civitates italicas, Perusiam reddit, haud

Raphael ipse, ubi de re monitus, iure et bene factam censuit; atqui Petrus inferiora pingens, semet secundum discipulo iudicavit: qui autem vident dignum existimant societate tam nobili, laudantque tabulam, in qua duo tanti continentur in pace.

At Vannuccius iam senex, — octagesimum quippe et octavum numerabat annum, — anno MDXXIV, Fontiniani mortuus est, mortuus immo repertus est; luene, quae tunc grassabatur?; vel apoplexi? vel impia suffocatione gutturis accumula manu? Ignotum. Hoc unum scimus; eo iniusta criminis valuisse, ut extra tempora sepeliretur, extra, canis instar, coemeterii benedicti solum! At quae pinxit sua indole nativa, ea quidem sublimia, insuperabilia; quae pinxit, aliquid alienum a stilo suo admittens, visa Florentia, ea mendis feruntur obnoxia; — tunc enim bonus dormitabat Homerus, at in sonno ipso semper Homerus; — quae denique rursus Perusiae patravit temperans utraque more ingenii sui, talia sunt, ut egregium constituant; et quae Perusiae deduxit coloribus in Aula de mutandis pecuniis (italice *Sala del Cambio*) divina potius, quam humana videntur, dignaque viro, a quo ille Raphael fuit, qui Vaticanas aulas tot prodigiis decoravit, quot super paries harum finxit imagines.

Enumerare Vannuccii opera libri est munus, non elucubrationis angustae; plura per pinacothecas orbis terrarum dispersit cupidio operum praeclarorum; nonnulla invidia, nonnulla ignorantia dissipavit, destruxit, delevit; quae Perusiae, quae in Umbria, Romae, Floren-

tiae, in Italia denique supersunt, adhuc praeceptoris Urbinatis famam egregiam adstruunt atque immortalem.

G. P.



Praesepio Domini, quod Petrus Vannuccius effinxit.

ultra migraturus. Hoc in tempore plurimi ad eum instituendi novi iuvenes convenerunt, quorum libenter daremus nomina, nisi omnes, quasi stellas meridianus Sol, absconderet Raphael ille Urbinas, quo Petrus vel uno sublimis super reliquos deferretur. Visne discere quantus uterque? Pinxerat Raphael in ecclesia S. Severi Perusiae; dimidium inferius pingendum reliquerat; haec anno MDV; Vannuccius addidit manu sua quae pingenda restabant.

in Argentina Republica.

**U**rbs a Sancta Fide nuncupata inter primaria oppida Argentiniae reipublicae nominari iure debet. Anno MDXXIII a Ioanne de Garay fluvio Quiloasae — (nunc a S. Xaviero

dieitur) – imposita est; sed ingruentibus barbaris omniaque passim depopulantibus, civitas integra post annos octoginta ad ostium Salsi fluminis est transvecta, ubi hodieque perstat. Quippe locus natura sua tutior atque defluentibus undique aquis, si oram versus septentriones demas, munitus atque vallatus. Hie *magalia quondam et*

*Prima locare manu molirique aggere tecta*  
liuit humili atque exiguo aspectu. Nunc vero urbs in dies aedibus novis atque elegantibus per apertos campos diffunditur ac propagatur. Ad incrementum hoe recens plurimum conferunt ferriviae, quae ex hoc provinciae capite conterminas regiones permeantes, ad septentrionalem usque plagam reipublicae pretenduntur, per ipsasque pagorum seu coloniarum merces et silva ad usus humanos ob duritatem exoptatissima ex ingentibus *Chaci* nemoribus decisam, ad portum Sanctae Fidei perpetuo convehuntur.

Inter publica urbis aedificia memoriae digna est arx municipii perantiqua, quam Hispani olim *Cabildo* dixerunt; idque nomen adhuc viget. Memorabiles in primis aedes apud Argentinensem gentem: ibi enim lustris abhinc decem legum codex, quibus respublica paret, conscriptus atque sanctitus est, Iosepho Urquiza, tyranni Rozas devictore, foederatas Argentinienses civitates moderante. Alterum consequitur aedificium, quod fama iam per horas australes Americae latius inclinavit, lyceum scilicet seu Collegium Immaculati Conceptus B. Virginis. Quippe in eo humanis disciplinis imbuti fuerunt provinciarum Argentinae numero novem moderatores, archiepiscopus Monsvideanus, aliquae saecula praeules et sacerdotes, et viri in re civili principes quamplurimi. Collegii amplitudo, mole aedium atque atriorum ad ludos alumnorum exercendos, insulam domorum fere integrum complectitur et turribus duabus, altera campanaria, altera speculatoria, sublimis consurgit.

De qua quidem speculatoria turri pauca contexere hic iuvat. In angulo Collegii, qui ad Austrum Orientemque simul vertitur, eminet: ei tegumento est solarium teatum, circumque parietes ad altitudinem humanae staturaem perduti sustinent indices venti duos, duo anemometra et praecultum apicem fulminum receptorem. Conclave ad speculum quaternis fenestrarum cum transennis est instructum; in fenestra, quae Australem spectat Crucem, lignea domuncula inest parum ad viam sese protendens: ibi fistulae dependent ad calorem, nudum aërem et vaporem exhalatum dimetendum, aliaque instrumenta atque automata, quibus diu noctuque mutationes atmosphaerae inseruntur. Venti etiam cursus et indicatur perpetuo et dimetitur automatis et filis quibusdam metallicis, per quae electricus agitur rivus. Peractae speculationes singulis diebus ad horam certam Bonas-Auras transmittuntur telegrapho, eaque evulgantur in charta rei meteorologicae, quae de tempestate totius Argentinae, a freto Magellanico ad usque Paraguariae oram et flumen Ianuarium Brasiliae caput, quotidie Bonis-Auris editur.

Collegium Sanctafidense institutum est die IX mensis Novembris, an. MDCCCLXII, a Ioachimo Suarez et Petro Vigna S. I. sacerdotibus, hic

Romanus, Hispanus ille; eiusque exordium ratum auctoritate sua voluit summus provinciae Sanetafides moderator Patricius Cullen. Is enim luce illa memoranda ad Collegium convenit, sequente administrorum reique civilis magistratum longo comitatu et militaribus symphoniacis concientibus, atque in aula maxima habitis singulari eloquentia orationibus, «gymnasium sub tutela publicae rei moderatorum initum et constitutum declaravit». Non mirum igitur si mense Novembri redeunte, an. MCMII, post annos XI, veteres alumni in annum induxerunt tam faustum anniversarium solemnis quibusdam celebrare. Primum quidem in hac urbe coetum constituerunt anniversario celebrando praepositum, ad quem, simulacrum est nunciatum, a remotioribus locis Argentinae et ab ipso litore Uruguaiæ omnes qui in hoc gymnasio fuerint educati nomen viritim detulere, annum opemque conferentes. Illi etiam qui provinciae gubernacula tractant ad sumptus necessarios tria millia nummorum, ut aint, *nationalium* ex aerario posuere.

Faustissimum illuecentem diem ad anniversarium celebrandum constitutum quadraginta ignivomae sphaerae, in memoriam annorum qui effluxerant, fragore salutaverunt in atrio Collegii ab aureis malis cognominato: aedes autem Collegii sexcentis flammulis ac signis, veluti navis fasciolis exornata, totae connectae conspiciebantur. Venerabili sacramento cum insigni pompa publicae venerationi proposito, ambrosianus hymnus a symphoniacis decantatus est, praecinente Vicario generali Dioecesis, Collegii quondam alumno: adstabat in solio episcopus nostrae civitatis; Patres et Fratres Societatis aderant cum cereis et albo amietu, sacerdotes, summus Provinciae moderator Rodulphus Freyre, eius minister, praeses Municipii, senatores, populares oratores, iuris periti quam plurimi, aliqui viri auctoritate spectandi et munieribus functi amplissimi. Deinde luculentam et tempori aptam habuit e suggestu orationem Hyacinthus Viñas. Ad meridiem Roma telegrapho transmissa est et summa omnium laetitia accepta gratulatio et singularis benedictionis Pontificis Maximi impetrata magistratibus atque alumnis Collegii. Ad id fere temporis episcopus titularis Anemurii, Richardus Isasa, ad Sanetae Fidei properabat, quem archiepiscopus Monsvidae delegaverat, ut eius personam in solemnibus originis Collegii memorativis gereret; quippe uterque humanis disciplinis imbutus quondam fuerat in hoc gymnasio.

Adulta die alumni adolescentes externi pompa in honorem Collegii instituerunt. Instructo agmine, praeeuntibus militaribus symphoniacis et pyricis sphaeris strepientibus, viam urbis principem composite percurrunt, gymnasium et magistros identidem acclamant, ad Collegium gratulabundi et gestientes pertendunt; ibi excipiuntur a Patribus, a grandævis alumnis bene multis; in atrio patenti congregantur, gratulatoriam habent concessionem, utque altius inhaereret memoria diei illius, librum ex armibus præolo excusis moderatori Collegii tradunt nominibus maiorum subscriptis. Denique verba fecit episcopus Anemurii, adolescentes laudavit ipsisque animum adiecit.

Inde ad ianuam omnes processerunt, ubi prostabant tabulae pietate referentes pristinos gymnasii conditores, P. Suarez, P. Vigna et D. Cullen, moderatorum Provinciae Sanetafides, atque eximios alumnos, qui in episcopali dignitate vel in provinceis moderandis floruerunt. Parata erat ibi tabula ex aere cusa cum inscriptione et sento Collegii, quae in vestibulo domus parieti affixa anniversarii memoriam posteritati proderet. Haec loco suo constreta velo appensa erat. Ut ventum est in aditum Collegii, adstantibus Anemurii episcopo et provinciae gubernatore, confertissimaque alumnorum multitudine, Raymundus Lassaga vir amplissimus velum sustulit, atque orationem oboris lacrymis recitavit in laudes gymnasii ac praecceptorum elegantissime excurrens. Numismata duplicitis generis faciem Collegii referentia, altera aenea, argentea altera, ad memoriam anniversarii perennandam coetus anniversario celebrando praepositus preceudi iussat: libellum etiam præolo subiecera complectentem alumnorum nomina, quotquot ab anno MDCCCLXII ad nostros usque dies in gymnasio et seminario Immaculati Conceptus B. V. instituti fuerant. Tabula igitur affixa atque detecta, inter alumnos et libellus et numismata dispergiri coepit sunt. Sie transactum ea die, quae prima fuit ex tribus ad memoriam anniversarii celebrandam adsignatis. Noctu festorum ignium artificia incendebantur in atrio Collegii. Praeses autem municipii testandae laetitiae causa viam urbis principem multicoloribus electridis lampadibus in arcus dispositis collustrari iussit et scutum Societatis ipsis lampadibus efformari in fronte aedium Collegii.

Dies altera rusticationi in agro Guadalupano adultis alumnis habendae, fuerat destinata. Ager Guadalupanus nobilis imprimis est ob aedem cognomine Magnae Matri a saeculo XVIII dedicata. Non procul a templo latissimus patescit lacus, piscosus et seaphis sulcabilis: e regione urbs Parana in elivo eminent spectanda turribus. Locus laetus, satis atque arboribus amoenus, et quondam ad rusticandum propter urbis propinquitatem delectus. Concessis itaque rhedis et carris, ut mos Collegii vel in hoc pristinus servaretur in rusticando, musicæ Collegii adolescentes ceterique alumni viam arripuerunt, et brevi se ad sacram aedem contulere. Ibi divinam hostiam ad aram B. V. litavit episcopus Anemurii et statim ad socios alumnos piam habuit coherationem. Deinde ad puerorum consuetudinem instituti ludi, non secus ac si lusores alioqui adulti et graves nondum e pueris excessissent.

Tertio die in praedio Collegii ad Salsum flumen alumnis omnibus rusticandum fuit. Orto iam sole, iter e nostro Collegio susceptum est. Praecedebant adolescentes externi; consequerentur interni; post hos Seminarii alumni; denique Patres et viri adulti; immensum agmen præibant symphoniaci, in medio genus omne fidicularum pulsabant fidicines: omnes ad tubarum clangorem tympanorumque sonitum quarterni per medium viam incedebant; sic ad extremam usque urbem peragratum est ad Gallorum ferriviae stationem. Ferreis curribus considentes vaporitraha ad praedium citatis rotis transvexit. Excensione facta, episcopus

Anemurii saeculari pro defunctis alumnis queis puerilibus dies inambulant; ali dulgent; alii inlioris aetatis. In nigeri numero epulæ opiparae messatum est. C gubernator eius rheda veeti in nonnisi devexo ad urbem recepisse solemnis atque in exitu runt acclamant tam insuetam pugium pervenere, tionem a rectori runt acclamatione in via principe

8]

S A

Comoedia la  
et in tCAL. Gaudet docen  
SAT. Gaudet.CAL. Sed qu  
Dedit?

SAT. Quid?

CAL. Instat Atheni

SAT.

CAL. Sciebam iam

SAT. Quam molestu

(Balsamum ve

Vel restim po

CAL. (1) Quid pensa

Inter caenand

SAT. (Cum bene pr

Ab istis aedi

CAL. Siem ne timeo

PAMPHILIPPUS

PAM. (2) Tibi, Calli

Mei nunc nom

CAL. Quid est hoc

Nunc, Pamphi

Ultro lubentiu

PAM. Divina dum?

CAL.

PAM. Dicam libente

CAL. Vade, hospes,

Teque mox m

SAT. (Qualis ex ma

Meis me trici

CAL. Tu, Pamphil

PAM. Loquer, Meis

Hospitem tui

CAL. Hoë me volet

Sciebam... Na

PAM.

CAL.

PAM. (4) Hic erat?

Ipse me, qui

Miram sane r

Enim me plu

Quas adprob

Ut tibi orato

Nimius offend

(Malum! Iste

(1) Subtristis et q

(2) Hilari vultu in

(3) Introreditur.

(4) Magna tactus

s processerunt, ubi referentes pristinos quare, P. Vigna et Provinceiae Sanctafidanos, qui in episcopis moderandis florabula ex aere cusa Collegii, quae in x anniversarii me. Haec loco suo conuentum est in adiunemurii episcopo et fertissimaque alundus Lassaga virit, atque orationem in laudes gymnasii sime excurrens. Num faciem Collegii reentea altera, ad memandam coetus apositus procedi iuscelo subiecerat comomina, quotquot ab usque dies in gymlati Conceptus B. V. igitur affixa atque bellus et numismata transactum ea die, ad memoriam anni natis. Noctu festivoebantur in atrio Colcipii testandae lae incipem multicolori in arcus dispositis Societatis ipsis lamte aedium Collegii. in agro Guadalupano fuerat destinata. s imprimis est ob Matri a saeculo I a templo latissimis et scaphis sulca in clivo eminet laetus, satis atque undam ad rusticam quietatem delectus. carris, ut mos Conservaretur in rusticae ceterique brevi se ad sdivinam hostiam copus Anemurii et am habuit cohorum consuetudinem si lusores alioqui ueris excessissent. legii ad Salsum dicandum fuit. Orto susceptum est. xterni; consequence inari alumni; de immensum agmen medio genus omnes: omnes ad tunc sonitum qua cedebant; sic ad ratum est ad Gal Ferreis curribus praedium citatis facta, episcopus

Anemurii sacris in aede operatus est, precesque pro defunctis ibi conditis ad Deum fudit, alumnis quis libuit adstantibus. Tunc iudic puerilibus dies transigitur: pars sub umbra inambulant; alii saltationibus popularibus indulgent; alii in memoriam revocant acta melioris aetatis. Interea sex ingentes tauri et lanigeri numero viginti disrupti subiguntur igne, epulæ opiparae instruuntur. Diu et laute commessatum est. Comcessationi interfuerunt provinciae gubernator eiusque minister, qui e vestigio rheda vecti in urbem sunt regressi. Ceteri nonnisi devexo sole qua venerant ratione se ad urbem reeperunt. Ingressus autem in urbem solemnis imprimis fuit. Alumni eodem atque in exitu matutino ordine vias pervagabant acclamantes: effusa ubique multititudinem insuetam pompam adspectante, ad Colleum pervenire, ibique, actis per brevem orationem a rectore gratiis, postremam praebuerunt acclamationem. Noctu electrica collustratio in via principe renovata est.

8]

## SATURIO.

Comoedia latinis versibus conscripta et in tres actus distributa.

CAL. Gaudet doceri scholas me gymnasii?  
SAT. Gaudet.  
CAL. Sed quare nullas unquam litteras Dedit?  
SAT. Quid? Nesciam.  
CAL. Quibus nam negotiis Instat Athenis?  
SAT. (Quid dicam?) Mercatoris.  
CAL. Sciebam iamdiu, hospes! Cuius sed generis?  
SAT. Quam molestus es puer! Non nunc, dicam postea. (Balsamum vendit, condit quo mortuus, Vel restim potius quae te faciat pensilem).  
CAL. (1) Quid pensas, hospes? Tibi molestus forsitan... Inter caenandum loquemur commodius.  
SAT. (Cum bene pransus, bene cum potus siem, Ab istis aedibus fulgor ut fugero!...)  
CAL. Siem ne timeo molestus hospiti...

## III.

PAMPHILIPPUS, CALLIDORUS, SATURIO.

PAM. (2) Tibi, Callidore, nuncium gratissimum Mei nunc nomine parentis referam.  
CAL. Quid est hoc gaudium, quod mihi debeas Nunc, Pamphilippe, nunciare? Percipiam Ultro lubentius, grato cum pectore.  
PAM. Divina dum?  
CAL. Quis vis divinem, puer?  
PAM. Dicam libenter, sed remotis arbitris.  
CAL. Wade, hospes, intus, tibi ne displiceat, Teque mox mox ipse laetior subsequar.  
SAT. (Qualis ex machina consuevit Deus, Meis me tricis liberavit puer) (3).  
CAL. Tu, Pamphilippe, dicio liberius.  
PAM. Loquer. Meis scito nuper vidisse oculis Hospitem tui patris Theuropidis.  
CAL. Hoc me volebas, Pamphilippe? Jamdiu Sciebam... Namque hic erat!  
PAM. Ipsus ne?  
CAL. Ipsissimus!  
PAM. (4) Hic erat? Quomodo potuit progredi Ipse me, qui vadit formicino gradu? Miram sane narras rem vix credibilem. Enim me plurimis rogitavit precibus. Quas adprobavit pater ipse Caliphon, Ut tibi orator cautor procederem, Nihius offendenter subitum ne nuncium. (Malum! Iste hospes..... Anguis latet heic!)

(1) Subtristis et quasi moerens.  
(2) Hitari vultu introgressus loquitur.  
(3) Introgreditur.  
(4) Magna tactus admiratione.

Haec de Collegio Sanctafidensi in Argentina deque eius anniversario XL summatum attigisse satis sit. Vos etiam qui legitis memorabili eventui plaudite; ac interim valete.

E. TORRENTS S. I.

## DIARIUM VATICANUM.

Mense Octobri an. MDCCCCIII, die xvi, post privatas nonnullas admissiones, SS. D. N. Pius PP. X sui admodum potestatem facit excuso viro Paulo Aouad, archiepiscopo Nazareno, Maroniti Patriarchatus obsequia offerentem cum rectore et alumnis collegii Maronitarum de Urbe; ac deinde Romanis presbyteris adolescentium animos ad pietatem excelenibus in pia domo ad pontem Palatinum trans Tiberim.

Eius vir Aloisius Triepi academiae, cui a Catholiche Religione nomen, praeses a Pontifice renunciatur.

Rmus vir Josephus Wilpert, Protonotarius apostolicus, ad Germanorum Caesarem a Pio PP. X missus, autographas Pontificis litteras eidem Berolini tradit.

— die xvii excipiuntur eñus vir Salesius Card. Della Volpe, apud S. Congniem de Propaganda Fide oeconomiae rei praepositus; excuso viro Gerlandus Maria Genuardi, episcopus Iaciensis; Lotarius D'Arrigo, archiepiscopus Messanen.: rñus d. Felix Fioretti, praepositus gefilis sodalium Barnabitarum; Ludovicus Pastor, eques torquatus, aliquis viri sive nobilitate sive doctrina insignes.

— die xviii, mane, eñus vir Aloisius Triepi, S. Congregationis «Indulgentiarum» a secretis; clarissimi viri Lefebvre comes, eiusque uxor; Fridericus Pustet; Philippus Meda, moderator Italici diarii, cui titulus *L'Osservatore Cattolico*; Sassoli comes; denique rñus p. Genocchi, procurator gefilis Evangelizatorum a SS. Corde Iesu. — Vesperi, post excusum virum Josephum Georgium de Ehrler, episcopum Spiren., in peristylio, cui «a pinea» nomen SS. D. N. coram se admittit Urbanos eives ad numerum xx millium, iisque ab hodierno Evangelii loco, in quo sanatio reguli filii narratur, argumentum deducens, pientissimam orationem habet de Fide Christiana a parentibus in liberos inducenda, deque liberorum officiis erga parentes.

Excusus vir Raphael Merry del Val publicis negotiis praefectus a Pontifice deligitur.

— die xix in throni aulam apud Pontificem inducitur

STR. Suspicio est mihi nunc vos suspicarier.

Si eset? illum resti pol faciam pensilem.

PAM. Sed expectat pater. Vale mi dulcissime,

Meamque dicam suspicionem patri.

CAL. Eamus intro.

STR. et DIN. Eamus (1).

## V.

SATURIO (2).

SAT. In malam crucem!

Fuit mi periculum quidem gravissimum.

Modo respiro. Nempe quam formidinem

Mea sum nuper passus imprudentia!

Eram culinae ductus nam dulcedine,

Fumisque, volant qui feriunt aërem,

Ne dicam fame potius voracissima.

Suos sed oculos alio vertit coquus;

Citius quam dicam carnem subripui

Bene iam ustam, garo fluentem undique.

Hanc voluptate mandueavi maxima,

Imo quin digitos cupide rosi meos (3).

Sic exspectare prandii tempus possiem.

Ehu! quae mihi stomachus semper vexatio!

Mox, mox ut laute pergraecabor hodie!

Ut bene senex cessit in fallacias!

At ibo intro; me pauxillisper colligam

Ut concenturiem in corde sycophantias.

At, at, quem virum confidentem video?

Habet hue recte... Qua peregrina facie!

## VI.

THEUROPIDES et SATURIO

THE. (4) Es in tuis tandem aedibus, Theuropides!

Habet Callidorus hic quem valde diligo;

Habet Chremes senex... quos vide cupio.

Di, vobis gratias ago quam maximas,

Quod me fecistis contra quam speraveram

Brevi tam tempore reducem in patriam!

Urbis reviso moenia, mox patrios lares

Visurus et amicos, et carum filium.

Enim quis homo manet nunc in ostiis?

Hie famem portat.

Ni tibi gravis foret

Res, dice quis es, qui fortes curiosius

Observes cupidis Chremetis oculis?

Senem forte quaeris, hominemque noscitas?

(Ad proximum numerum).

I. B. FRANCESIA.

(1) Omnes introeunt.

(2) Magna cautela accedit ac suspiciosior, huc illuc ad spectans.

(3) Gestu rem imitatur.

(4) Graeca veste indutus. Intrat tacitus, dum Saturio e tongue eum curiose circumspicit.

Venetorum legatio, cui munus Venetae civitatis obsequii et pietatis testimonium tradendi. Nobilis vir Philippus Nani-Mocenigo, comes, librum offerens eum xx millibus subscriptionum et ultra, devote Pontifice alloquitur, qui vehementer commotus grati animi et paterni amoris sensus Veneto populo confirmat.

Conveniunt Pontificem episcopi Seythopolitanus, Neocæsariensis, Mutinensis, Fossanen., Attalien. — die xx aditus est excēns viri Iosepho Giustiniani, archiepiscopo Surrenti.; Dario Mattei-Gentili, archiepiscopo Perusin.; Eduardo Puleiano, archiepiscopo Genuensi; Carolo Caputo, archiepiscopo Nicomedien.; Ioan. Mariae Alexandro Morice, episcopo Caienes.; Raphaeli Virili, episcopo Troad.; Mario Chigi, principi Urbano cum uxore; denique rīm d. Bernardo Felici abbat, procuratori genili Monachorum e monte Oliveto.

— die xxi, mane, excēns viri Roberto Papiri, archiepiscopo Firmian.; Nicolao Ranieri, episcopo Nursin.; Andreea Righetti, episcopo Carpen.; ae rev. d. P. Palmieri ex Ordine Eremitarum S. Augustini. — Vespere, in « lapidum museo » visendi Pontificis fit potestas cibis Insubris, Aemilianis, Sardiniensibus peregre Romam profectis.

— die xxii, pariter in lapidum museo, peregrinis Liguribus ac Subalpinis eadē facultas conceditur.

Excipiuntur a Pontifice excēns viri Aloisius Spandre, episcopus Tiberiad. et Augustae Taurinorum auxiliaris; Ioannes Baptista Scotti, episcopos Auximan. et Cingulan.; Ranierus Sarnari, episcopus Maceratan. et Tolentin.; Iulius Martini, Protonotarius apostolicus; denique clarissimus vir Hermannus Granert, Monacensis athenaei doctor.

— die xxiii, mane, excēns viri Bonaventura Quintarelli, episcopus Reatin.; Fridericus Foschi, episcopos Cervien.; Franciscus Baldassarri, episcopus Imolen.; praeterea excēns episcopi Alexandrinus Statelliorum; Aquinaten. Soran. et Pontis Curvi; Massensis. — Vespere, in Vaticana basilica Pontificis convenienti peregrini Umbri, Piceni, Flaminii.

— die xxiv Pontifex audit excēns episcopos Narrien., Asisiens., Montis Altii, Nucerin., Tifernaten., S. Angeli in Vado et Urbanien.; Savelli Spinola antistitem, S. Congrōis de Propaganda fide a secretis pro rebus orientalibus; Othonorium Gentiloni comitem, coetui catholicarum societatum in Piceno praepositum.

Vincentius M. Ungherini, capellanus intimus Summi Pontificis, inter xii viros Urbi curandae refertur.

— die xxv, mane, apud Pontificem admittuntur excēns vir Lucianus Gentilucci, episcopus Fabrianen. et Matheleien.; atque adolescentum ex plebe agmen, qui saera synaxi primum his diebus refecti sunt. — Vespere autem in « lapidum museo » Veneti cives, Romae domicilium habentes.

— die xxvi excēns viri Petrus Balestra, episcopus Calaritan.; Celestinus Del Frate, episcopus Camerinens.; et Eugenius Cano, episcopus Bosanen.

Excēns vir Franciscus Sogaro, archiepiscopus Amidensis, Pontificiae académiae nobilium ecclesiasticorum praeses renunciatur.

— die xxvii Purpuratus Pater Patrius Franciscus Moran, archiepiscopus Sydneyn. nobiles aliquot familias ex Australia coram adducens; excēns viri Benedictus Lorenzelli, apostolicae Sedis legatus apud Francogallos ex Urbe profecturus; Vincentius Veneri, episcopus Amerinus; et rīm P. Fiat, moderator sacerdotum a « Missione ».

— die xxviii, mane, excēns viri Franciscus Sogaro, archiepiscopus Amiden.; Gustavus Carolus Maylath, episcopus Transilvanien.; Benedictus Spila, episcopus Alatrin.; rīm abbas Piscicelli Taeggi, magister prior Barenensis; rīm p. Wilfridus Raynal, procurator generalis Anglicae congregationis Benedictinae; O'Reilly tribunus militum, curio urbis Capitis in infima Africa; Augustinus Bartolini, canonicus Vaticanus, Areadum académiae custos generalis.

Rodolphus Kanzler, dynasta, pontificis coetus ad saeram archaeologiam a secretis dicitur.

— die xxix, mane, aditum obtinent excēns viri Iosephus Samassa, archiepiscopus Agrien.; David

Camilli, episcopus Fusulan.; Caietanus Bacile di Castiglione, episcopus Lenceen.; clarissimi viri Antonius Verhaegen et Augustus Melot publici Belgarum coetus legibus ferendis legati. — Vespere in Damasiano peristylo Urbani cives ad xv milium numerum.

— die xxx excēns episcopi Asculan. et Ceriniolen.; atque Anglonen. — Tursien.; rīm viri Bonifacius Oslaender, abbas ordinarius S. Pauli *extra muros*; Pius Gurisatti, moderator generalis congōis presbyterorum a stigmatibus D. N. I. C.; et Sebastiañi antistes, praefectus studiis regundis in Pontificio Romano Seminario.

Bartholomaeus Dominicus Lippay, pictor, Comes Palatinus creatur; De Koerber, administratorum collegio in Austria praeses, torque ex Ordine Piano decoratur.

— die xxxi SS. D. N. sacra peragens, eucharistio cito reficit aulicos suos. Deinde apud se admittit excēns viro Iosephum Ridolfi, episcopum Tudertin.; Ignatium Ghureekian, archiepiscopum Trajanopolitan. et Abbatem generalem Venetorum Mechitaristarum; De Lainingen-Bellinghein comitem; De Matteis dynastam; S. Severinæ Dueem; Bogdanovich, Russum ducem, eum uxore.

Rīm Alfonsus Villard a consiliis S. C. Indulgenciā et Saerarum Reliquiarum renunciatur.

ACTUARIUS.

### ANNALES.

Russorum Caesaris iter ad Germanos — Sennensis et Macedonica pax — Iaponica res — Americana bella civilia innovata.

**I**TALI regis visitationem ad Gallos, proximaque quam ad Anglos ipse iam parat, repedit quodammodo in publica totius Europae re moderanda Wiesbadensis illud, quod novissime incidit, inter Russorum Caesarem et Germanorum colloquium. Qui quidem non iniuria videntur ignota forte consilia sive de Orientis, sive de Occidentis vicibus agitasse, tum forte de Gallica Italicae amicitia recens innovata, tum de Macedonia quaestione prorsus componenda, tum denique de Iaponensi disilio, de quo in superiori *Vocis Urbis* numero facta mentio est.

Caesarem Russorum ut exciperet, maximum belli apparatum Wiesbadenii Guilelmus coegit, non tam, putamus, ad tutandam hospitis incolumitatem, quam ad ostendandam sui exercitus vim. Adfuerunt legiones multae suis cum vexillis, quaeque praesertim in novissimis bellis contra Gallos, Danos, Austrosve a militibus Borussicis delatae sunt; quae quidem non sine oculata mente congregata apparuere. Gravia haec forent, fortasse, latino foederi mox innovato, nisi interea Lamsdorffius comes, qui peregrina commercia apud Russos gerit, Lutetiae fuisset aliquot dies immoratus, uti dictant ad Gallos de regis sui amicitia certiores faciendo. Certe insolita agitantur: ipse Hispaniae rex ad Lusitanos iter parat... Speramus omnia pro latina gente non sine quadam utilitate futura.

★

In Macedonia civile bellum, ob imminentem potius hiemis rigiditatem, quam ob Turearum sponsiones interceptum est. In Iaponia pariter irae sedari videntur, quamquam Russi non modo Mandchuriām provinciam adhuc tenent, sed Moukden ipsa urbe potiti sunt. Causam seu occasionem ex quadam nefario homine sumpsere, quem sibi tradi a Sinensibus iusserant; at po-

tissimam rationem non pauci repetunt ex imperii lubidine, qua ad propagandas fines suos omni ope illi satagunt. Non uni tamen; Iaponii enim vicissim Coreae peninsulae imperium manifeste appetunt; inde classis instructio repeatenda.

★

Dum vero bellum inibi saltem ad tempus seponitur, improvisum exarsit Sancti Dominici in insula, et Panamensi in civitate, quae sui iuris esse voluit; odia enim civilia, caedes apud illos populos non facile quiescent. Itaque bellicia navitia ad utrumque litus misere nordicæ civitatis foederatae, quae tandem aliquando, eventuum vi, medium quoque Americam in ditionem suam redigent.

POPICOLA.

### PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.

**I**n Gallia de interna re moderanda disceptatio adhuc pergit; de expensis contra quae in cultu divino erogant actum est: Allaude ex socialistis eas abrogari rogavit, dum Gayraud sacerdos in Combesium acriter insurgit ob iniurias Ecclesiae et sacerdotibus inflatas passim. Attamen Combesi auctoritas suffragio plurimorum adhuc valet.

In Italia novi administris adlecti: Giolitti ad res domesticas gerendas, Mirabello ad maritimās, Pedotti ad bellicas moderandas, Tittonius qui res externas regat praecepit recensentur.

In Hungaria Appony, qui popularium comitio praeest, sese a munere abdicavit. Tisza comes qui novo collegio administratorum praefectus est de servanda Hungarorum pace cum Austris orationem dixit.

SCRIBA.

### AENIGMATA

I.

Vindicat esse sibi quae *prima* est; *altera* retro Praestat id gradiens, sed pergens ordine sueto Feliculæ insidias soli tutamine vitat.

*Totum si quaeras, unus sibi vindicat illud*

*Qui caelum et terras aeterna lege gubernat.*

II.

*Primae res flunt eunetae, sed supplice toto;*

*Altera prona virum sequitur, cum foedere sacro*

*Iungit igitur sibi auxilium per nubila vitae.*

*Ast ne forte inreas foedus, quin flexus ad aram*

*Desuper implores lumen tamen auspice toto.*

I. RAINER.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

DE EURIPIDIS IRONIA SPECIMEN

SCRIPSIT

D. TAMILIA.

Aenigmata an. VI, n. XVIII proposita his respondent:

1) Pi-tu-ita; 2) Cuniculus.

Ea rite soluta miserunt:

D. Le Provost, *Briocen.* — Car. Stegmüller, *Sabaria.* — Guil. Schenz, *Ratisbona.* — Raph. Astori, *Firmio.* — Lad. Lud. Podobiński, *Cracovia.* — Fr. Skiba, *Striegau.* — Petrus Tergestinus, — E. Burg, *Argentorato.* — V. Hertel, *Mendrisio.* — Henr. Tarnillo, D. Farèse, *Neapoli.* — Ios. Walter, *Neo-Eboraco.* — Ios. Czudek S. I., *Bucovina.* — Alf. M. Mattioli Bta., *Asta Pompeia.* — Ios. Wabner, *Versalia Poton.* — Collegium Sch. Piarum *Stellae* — Ioan. Cantono Ceva marchio, *Vercellis.* — St. Figielki, *Prasnyš.* — Mich. Vidal, *Palma in insula Maiorica.* — Petr. Garrone, *Pessana ad Vercellas.* — Alois. Cappelli, *Senis.* — Ioann. Galbiciati, F. Arnori, *Mediotano.* — Rug. Pancaro, *Cosentia.*

Sortitus est praemium

RAPHAEL ASTORI,

ad quem missum est opus, cui titulus:

S. AMBROSIUS DE OFFICIIS LIBRI TRES.

(Edid. I. Tamiettius).

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis Phil. Cuggiani.

SANCTISSIMA

DIVINA

HABITA

DIE IX NOVEMB

Venerabiles

Primum vos hodie alloquentibus, illud attinere oportere quum delatam per fastigii dignitatem sumus. Etenim nolam rem arbitremini, vestrae significatio indicium moveret, amplius Ecclesiae omnem animamq; rum quum explorat virtutis Nostrae simul constaret, romano essent iure tanto sustinendo natus fore videbatur, stodiantur consilia stare iura; multi causas que de suctio adolescentiae extiterint; per christianam aequaliter terras expiando eam inquinamus, similesque maiores eae quide viribus expleri dico quod in Encycelicis vimus, ut excepimus, cuius et studium foyendoque multipliciter plenaria doctrinaeque vitaque blie privatim relevanda humilium incommodis civilis niendo, sic eluxere, tales ei cum admittit. Quem non deterret magnitudo viri ab adeunda muneri? stram reputantur, At quoniam adest, supremi Apostoli id equidem, ipsius fisi, feremus. Qua certum destinatum tationesque illue teque seruemus de omnium saluti con nihil quidquam aut unquam defugere, christianaque rei tertiit, Pontificem esse et apparere potestati, ideo, que iuris iurandi que religio postulat, in iuriam Ecclesiae Porro ea Nos in perfunctione tamen ministerii huiss praestram. Venerabiles navitatem fore. Scausam adesse Natio, quoque, Collegium administrationem Ecclesie ramque conferendo dicere vix attinet,

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
PII  
DIVINA PROVIDENTIA  
PAPAE X  
ALLOCUTIO  
HABITA IN CONSISTORIO  
DIE IX NOVEMBRS ANNO MDCCCCIII.

Venerabiles Fratres,

Primum vos hodierna die ex hoc loco Nobis alloquentibus, illud ante omnia ocurrir animo, attingere oportere factum proximo tempore, quum delatam per vestra suffragia Apostolici fastigii dignitatem declinare obtestando conatussumus. Etenim nolumus, id Nos fecisse ob eam rem arbitremini, quod aut parum voluntatis vestrae significatio honestissimumque de Nobis iudicium moveret, aut pigeret etiam laborare amplius Ecclesiae causam, cui quidem aetatem omnem animamque devotam haberemus. Verum quum explorata Nobis esset sive inopia virtutis Nostrae sive exiguitas ingenii, quumque simul constaret, quae quantaque a Pontifice romano essent iure expectanda, quid mirum si tanto sustinendo muneri Nos ipsos plane impares fore videbamus? Profecto evangelica curare ut vulgo serventur praescripta, rite custodianter consilia; sarta tecta Ecclesiae prae-stare iura; multiplices maximisque diiudicare causas quae de societate domestica, de institutione adolescentium aetatis, de iure et proprietate extiterint; perturbatos civitatis ordines ad christianam aequabilitatem componere; brevi, terras expiendo caelis comparare cives: hae, inquit, similesque Apostolici officii partes maiores eae quidem videbantur quam ut his viribus expleri digne possent. Accedebat, id quod in Encyclicis Litteris proxime significavimus, ut excipiens locus eius esset Pontificis, cuius et studium in religione amplificanda favendoque multiplice pietatis cultu, et sapientia in profligandis erroribus horum temporum, doctrinaeque vitaue christiana integritate publice privatum revocanda, et providentia in relevanda humilium inopumque fortuna atque incommodis civilis societatis opportune subveniendo, sic eluxere, ut humani generis immortalem ei cum admiratione gratiam pepererint. Quem non deterret haec tanta excellentia et magnitudo viri ab ista tamquam hereditate adeunda muneris? Nos certe, tenuifat nostram reputantes, deterrebat vel maxime.

At quoniam arcanae Dei voluntati visum est, supremi Apostolatus Nobis onus imponere, id equidem, ipsius ope auxilio unice confisi, feremus. Quantum autem est in Nobis, certum destinatumque est, omnes curas cogitationesque illuc conferre ut sanete inviolateque servemus depositum fidei, et semper terna omni saluti consulamus; eiusque rei gratia nihil quidquam aut laborum aut molestiarum umquam defugere. — Quum vero necesse sit christianaque rei publicae quam maxime intersit, Pontificem in Ecclesia gubernanda et esse et apparere liberum nullique obnoxium potestati, ideo, quod conscientia officii, simulque iuris iurandi quo obstringimur, sacrosancta religio postulat, gravissimam in hoc genere iniuriam Ecclesiae illatam conquerimur.

Porro ea Nos magnopere cogitatio recreat, in perfunctione tam gravi tamque difficili ministerii huius praeclaro Nobis adiumento vestram, Venerabiles Fratres, et prudentiam et navitatem fore. Siquidem ob eam praecepit causam adesse Nobis, divino munere beneficioque, Collegium vestrum novimus, ut administrationem Ecclesiae universae, consilia operamque conferendo, utilissime adiuvet. Quocirca dicere vix attinet, illud Nos soleme habituros,

in omni rerum cursu, praesertim si qua causa gravior inciderit, iudicii solertiaeque vestrae subsidium expetere; idque eo etiam, ut pro sua quisque parte immensum officii onus, quo premimur, sustineatis. Quippe res agitur ea, quae praeter haec fluxa bona ad immortalia pertineat; nullis locorum inclusa finibus, orbis terrarum rationes complectatur; evangeliorum reverentiam praeceptorum in omni tueatur generi; denique euras Nostras non ad fideles modo, sed ad homines afferat universos, *pro quibus mortuus est Christus*.

Itaque mirari licet, esse complures, qui novarum rerum cupidine, ut est aetatis ingenium, coniicere laborent, quae Nostra gerendi pontificatus ratio futura sit. Quasi vero investigatione res egeat, aut planum non sit, Nos eam ipsam insistere velle, nec aliam posse viam, quam decessores Nostri usque adhuc institerint. *Instaurare omnia in Christo*, hoc ediximus Nobis esse propositum; et quoniam *Christus est veritas*, idcirco obeundum Nobis est in primis magisterium et praeconium veritatis. Hinc simplex, dilucidus sermo Iesu Christi et effeax perpetuo, curabimus, dimanet ex ore Nostro, alteque incoleat animis, sanete custodiendus; quam quidem custodiam Ipse adiumentum digneceundae veritatis voluit esse maximum: *Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis. Et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos* (1).

Pro munere autem tuendae veritatis christianaeque legis, Nostrum necessitate erit: notiones illustrare et asserere maximarum rerum, sive natura informatas, sive divinitus traditas, quas nunc obscuratas passim atque oblitteratas videmus; disciplinae, potestatis, iustitiae aequitatisque, quae convelluntur hodie, principia firmare; universos singulos, neque solum qui parent, sed et qui imperant, utpote omnes eodem prognatos Patre, in privata publicaque vita, in genere etiam sociali et politico ad honestatis normam regulamque dirigere. — Utique intelligimus nonnullis offensioni fore, quod dicimus, curare Nos rem etiam politican oportere. Verum quisque aequus rerum index videt, Pontificem a magisterio, quod gerit, fidei morumque iniquitatem posse politicorum genus diungere. Praeterea caput quum sit rectorque summus perfectae societatis, quae est Ecclesia, ex hominibus coalescentis, inter homines constituta, profecto velle debet, cum principibus civitatum et gubernatoribus rei publicae mutua sibi officia intercedere, si catholicorum in omni ora ac parte terrarum velit et securitati et libertati esse consultum.

Institutum quidem est homini, ut veritatem sitienter appetat, oblatamque amplexetur amanter et refineat. Sed tamen vitio naturae fit, ut nimis multi nihil oderint peius, quam denuntiationem veritatis, utpote quae errores ipsorum nudet cupiditatesve coereat. Horum omnium convicia minaeque Nos minime commovebunt; sustentamur quippe admonitione illa Iesu Christi: *Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit* (2). Ceterum illa, de quibus quotidie veritatem catholicam invidiouse criminantur, quod libertatem impediunt, quod scientiae officiat, quod humanitatis progressiones retardet, num disserere opus est quam sint plena falsitatis? — Enimvero infinitam sentiendi agendique licentiam, cui nullius auctoritatis nomen nec divinae nec humanae sit sanctum, nulla sint intacta iura, quaeque ordinis disciplinaeque fundamenta convellens, in exitium rapiat civitates, damnat eam quidem Ecclesia cohibendamque severe censem; sed istud corruptio libertatis est, libertas veri nominis non est. Sinceram autem germanamque libertatem, qua nempe cuique licet, quod aequum iustumque sit, facere, tantum abest ut

Ecclesia compescat, ut expeditissimam debere esse semper contendat. — Nec minus distat a vero quod aiunt, obsistere scientiae fidem: quum contra verissimum sit, prodesse etiam, nec ita parum. Praeter enim ea quae sunt supra naturam, de quibus nulla potest esse homini sine fide cognitione, multae res sunt eaeque maximae in ipso naturae ordine, quas quidem sibi pervias habeat humana ratio, sed, fidei aucta lumine, multo certius clariusque percipiunt: in ceteris autem vera veris pugnantia facere, quando utrumque genus ab uno eodemque capite et fonte, Deo nimirum, proficiscitur, absurdum est. — Ita vel ingeniorum inventa, vel experientiae reperta, vel incrementa disciplinarum, quaecumque demum actionem vitae mortalis provehunt in melius, quid est causae cur Nobis, qui catholicae veritatis custodes sumus, non probentur? Imo est, quare foyenda etiam. Decessorum exemplo, videantur. At vero recentioris philosophiae, civilisque prudentiae de creta, quibus hodie humanarum rerum cursus eo impellitur, quo legis aeternae praescripta non sinunt, ea Nos refellere et redarguere, memores Apostolici officii, debemus. In quo quidem non humanitatem remoramus progredientem, sed ne ad interitum ruat prohibemus.

At enim, necessarium aggressi pro veritate certamen, inimicos hostesque veritatis, quorum vehementer miseret, amantissime complectimur, divinaeque benignitatib cum lacrimis commendamus. Nam si, quae vera iusta recta sunt probare et tueri, quae falsa iniusta prava detestari et reicere, lex est sanctissima romani pontificatus: non minus est misericordiam veniamque dilargiri peccantibus, idque ad similitudinem Auctoris sui, qui *pro transgressoribus rogavit*. Siquidem Deus, qui *erat in Christo mundum reconcilians sibi*, per Pontifices romanos potissimum, ut Vicarios Filii sui, prorogari in aevum voluit *ministerium reconciliationis*, quae propterea ab eorum esset auctoritate iudicioque requirendam. Autumare igitur reconciliandam esse Nobis cum quopiam gratiam, esset id quidem iniuriose et perverse iudicantium de munere officioque Nostro, quo ipso debemus paternam erga omnes gerere voluntatem.

Equidem non confidimus, quod decessores Nostri nequivere, assequi Nos posse, ut late fusos errores iniustitiamque omnem vincat usqueque veritas; in id tamen summa contentione, ut diximus, nitemur. Quod si vota Nostra non sunt plene eventura, illud certe, Deo dante, fiet ut imperium veritatis et in bonis constabiliatur, et ad alios complures, non male animatos, propagetur.

Nunc vero iucundum est, animum adiicere ad amplissimum Collegium vestrum, Venerabiles Fratres, supplendum; cuius honore afficeremus hodie duos lectos viros decrevimus. Alter, vestris ipsorum testimonii per interregnum ornatus, praestantem animi et ingenii indolem, paremque gerendarum rerum prudentiam paucis hisce mensibus Nobis egregie probavit. Alterius eximia pietatis doctrinaeque ornamenta, et in diurna episcopalis procuratione munera absolute numeris omnibus diligentiam iamdiu Ipsi habemus exploratissima. Ille autem sunt:

*Raphaël Merry del Val*, Archiepiscopus Tit. Nicænus.

*Iosephus Callegari*, Episcopus Patavinus. Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et Nostra, creamus et publicamus S. R. E. Presbyteros Cardinales

*Raphaël Merry del Val*,  
*Iosephum Callegari*.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Patris *†* et Filii *†* et Spiritus *†* Sancti. Amen.

(1) IOAN. VIII. 31-32.

(2) IOAN. XV. 18.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS  
COMM. VOX URBIS IN AN. MDCCCCIII

Pretium subnotationis est in Italia Libell. 10; ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7  $\frac{1}{2}$ ; Coron. 15 *recto tramite* mittendum ad

**ARISTIDEM LEONORI EQUITEM**  
**COMMENTARII "VOX URBIS", POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,**  
**ROMAM, via Alessandrina, 87.**

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA.

Qui pretium ut supra miserit infra Ianuarium mensem anni MDCCCCIII, praeter Commentarii numeros omnes qui edentur ipso anno MDCCCCIII, accipiet *ad libitum*

- a) Librum (vulgo « album ») praecipua Urbis referentem, pulchritudine insignem, atque Commentarii moderatore iubente expresse adstructum; *sive*
- b) Urbis e Ianiculo monte prospectum (Tabulam aere cusam metr. 1,10  $\times$  0,24); *sive*
- c) Collectionem chartularum electissimarum, quae distinctae coloribus plurima de Roma, iuxta optimarum artium placita, referunt.

**QUI NOVOS DABIT SOCIOS**

elget insuper:

- a) Libros de disciplinis omnibus, de bonis litteris, de Ecclesiasticis rebus quolibet e bibliopolarum catalogo, usque ad dimidium subnotationis annuae suae, id est in Italia ad Libell. 5; extra Italiam ubique ad Libell. 7,50; Marck 6; Sch. 6; Doll. 1  $\frac{1}{2}$ ; Rubl. 3; Flor. 3  $\frac{1}{2}$ ; Coron. 7  $\frac{1}{2}$ . Ipse electos libros describat atque Commentarii administratori significet; gratis mittentur, excepto impendio diribitorio Republicae debito; *sive*
- b) E picturis Urbis grandes duas, photographice redditas, prouti voluerit ac significaverit; usque, ceu supra, ad dimidium annuae subnotationis;
- c) *Sin potius cupierit, dimidium subnotationis pretium ei remittetur qua pecunia dimiserit.*

Hac ultima conditione (c) modus datur sociis, quo si binos dederint socios novos, ipsi gratis Commentario fruantur; sin, possint amico favere, Commentarium dimidiato pretio praebentes.

*Notatum vero plane volumus nos nova omnino sociorum nomina exspectare tradenda; non enim socios novos umquam existimabimus eos, qui nomen suum olim iam Commentario dederunt.*